



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 13. Papa his rationibus expugnatus, Cardinalique Romam venire  
concedens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI.

A.C. 15<sup>o</sup>.2.

§. XIII.

*Papa his rationibus expugnatus, Cardinalique Romam venire concedens.*

*Thuan. & Davil. l.c.*

**H**æ rationes cum magna energia expositæ apud Papam tantum valuere, ut a Venetorum Oratore de pluribus, quos antea ignorabat, rerum eventibus certior factus in pristino firmaretur proposito, quo censebat, hoc negotium nonnisi cum maxima moderatione pertractandum, totoque studio in id incumbendum, ut Navarræ Regis reconciliatio promoveretur, id etiam exigente ipso Sedis Apostolicæ honore: eapropter Gondio Cardinali Romam venire concessit, ea tamen lege, ut nec hæreticis, eorumque fautoribus in occulto faveret, & ante omnia de contempto Gregorii XIV. cuius rei causa insimulatus fuerat, mandato in fœderatorum favorem edito satisfaceret.

§. XIV.

*Arcana mandata Pontificio in Gallis Legato data*

*Davil. l. 13*

**S**ub idem tempus Clemens VIII. ad Cardinalem Legatum ablegabat Hieronymum Agucchium Protonotarium Apostolicum, qui eundem de Pontificis voluntate certiore faceret: igitur hic